



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

LXXIV. Markgraf Ludwig genehmigt einen von seinem Beamten Marquard Loterbeck zwischen dem Kloster Chorin und der Stadt Eberswalde geschlossenen Vergleich, am 17. Februar 1340.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

vtriusque partis instantiam Sigillum nostrum huic littere appendimus et appendisse profitemur in testimonium omnium premissorum. Actum et datum Angermundis, Anno domini M<sup>o</sup> XXXIX<sup>o</sup>, Sequenti die post festum purificationis virginis gloriose.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives. — Das im Original fehlerhafte Datum ist von moderner Hand durch Einschaltung von CCC<sup>o</sup> zwischen M<sup>o</sup> und XXXIX<sup>o</sup> ergänzt, da die Urkunde der Schreibart nach in diese Zeit zu setzen ist. Eine alte Archivaufschrift setzte sie in das Jahr 1039.

LXXIII. Gebrüder von Wilmerdorf verkaufen dem Kloster Chorin Gebungen aus Golze,  
am 23. August 1339.

Nos Henningus, Thidericus et Rudolphus, fratres, dicti de Wilmerstorp, serie presentium recognoscimus publice profitentes, quod urgente importuna instantia nostrorum creditorum vendidimus duos choros siliquis in villa Goltiz religiosis viris domino Abbati et conuentui ecclesie in Choryn de unanimi consensu omnium heredum nostrorum quorum consensus de jure vel de facto fuerat requirendus, pro duodecim marcis Brandenburg. argenti, quas ab eisdem in pleno pondere recepisse profitemur, Renunciantes omni juri, quod nobis in dictis bonis competeat seu competere videbatur, Quod nec nos nec heredes nostri aut aliquis nomine nostro dicta bona valeat vel debeat impetere vel de eisdem aliquid usurpare. In cujus venditionis clariorem euidenciam presentia ex nostra certa scientia conscribi fecimus nostrorum sigillorum munimine roborantes. Testibus qui huic venditioni aderant fideliter subnotatis, videlicet domino Henrico plebano in Lichteruelde, Coppekone ciue in Euerswolde et Henningo prefecto in villa Goltiz cum aliis pluribus fide dignis. Actum et Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXIX<sup>o</sup>. in vigilia beati Bartholomei apostoli gloriofi.

Aus dem nach dem Originale des R. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gersens Cod. II, 480.

LXXIV. Markgraf Ludwig genehmigt einen von seinem Beamten Marquard Loterbeck zwischen dem Kloster Chorin und der Stadt Eberswalde geschlossenen Vergleich,  
am 17. Februar 1340.

Nouerint etc. Quod nos etc. Ratificauimus, ratificamus et approbauimus et presentibus approbamus decisionem distinctionum terminorum et limitum, supra quibus actio et lis inter honorabilem virum fratrem monasterii Chorin abbatem et capitulum ibidem, et vniuersitatem ciuitatis nostre Eberswald pro tempore mouebantur et mote fuerant per strenuum virum Marquardum dictum Loterbeck officiatum nostrum dilectum, qui in hac parte auctoritate nostra suffultus fuerat, deliberate factam, sic quod abbas et conuentus monasterii predicti fluuium dictum, dat Koldewater vulgariter nominatum, cum suis decursibus et meatibus debitis, ipsaque vniuersitas ciuitatis nostre predictae fluuium dictum Rogase cum suis meatibus et decursibus debitis, ultra quem pontem pro

vilitate et comodo terre edificare debebunt, perpetuis temporibus vtroque sine inquietatione qualibet obtinebunt. In cuius Testes g. comes de Swartzburg, Jo. Buch, Jo. hufener, berenger helo, milites, Loterbeck cum ceteris. Datum Berlin, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XL<sup>o</sup>., feria quinta ante dominicam Exurge.

Aus dem Copialbuche M. Ludwig I., betreffend die Vogtei Barnim Nr. 13.

LXXV. Ritter Thilo von Wilmersdorf legt Zeugniß ab über die Entscheidung eines zwischen Chorin und Eberswalde über den Besitz von Gewässern geführten Streits. Ohne Zeitangabe.

Nos Thylo de Wilmerstorp, miles, tenore presentium recognoscimus uniuersis presentia vifuris vel auditoris liquido declarando, quod aque site inter claustrum Choryn et ciuitatem Ewerswalde, super quarum possessione questionis et contentionis materia a partibus jam dudum scitur esse mota, ad predictam ecclesiam Dominorum de Choryn legitime pertinent et a retroactis temporibus quibus memoramur pertinuerunt suntque a dictis religiosiis fratribus sub nostra memoria possesse pacifice et quiete, protestantes nichilominus, quod cum ad decidendam brigam super possessione predictarum aquarum inter sepedictos Dominos de Choryn et ciuitatem Ewerswalde suscitata, strenuus vir et dilectus noster dominus Bethmannus de Wyltberge, miles, a domino Johanne de Buc et aliis Consiliariis illustris principis domini Ludouici, Marchionis Brandenburgensis, iudex et decisor esset deputatus, nobis presentibus per instrumenta vera nec in aliqua sui parte vitata et viginti dominos testes idoneos coram prememorato Bethmanno euidentissime firmatum exstitit et probatum, quod premissa aque ad monasterium Choryn jure pertinerent. Testibus ad hoc verificandum se exhibitis sub juramento voluntarie et constanter. Quorum tekium aliquorum nomina presentibus ad maiorem certitudinem duximus annotanda, videlicet strenuus vir Alberto de Klepzk et Godekyno de Gryphenberg, militibus, Conrado de Oderberg, Heinrico dicto Pertsdorp, Hermanno Sagittario, famulis, Johanne Bryzken, Ludeken et Godeken, fratribus, dictis Kerkou, ciuibus Angermundenfibus aliisque pluribus fidelibus usque ad numerum prenotatum. Ex parte vero ciuitatis Ewerswalde nullum omnino testem exhibitum vidimus aut productum.

Aus dem nach dem Original des R. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerrens Cod. II, 481.

LXXVI. Markgraf Ludwig befreiet die Besitzungen des Klosters Chorin für eine jährliche bestimmte Abgabe von allen vogteilichen Lasten, am 5. Januar 1341.

Nouerint uniuersi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludouicus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, Comes Palatinus Reni, Dux Bauarie Sacrique Romani Imperii Archicamerarius, ob releuamen monasterii Chorynensis Cystere. Ord. et etiam reformamen personarum Deo iugiter obsequentium, in iplo habitantium, quos multis perplexitatibus, angariis et